340 R/I unt., 8. 1. 8

Quantum ad decimum aliquis diceret quod littere sunt apud latinos Ad hoc (VI) respondetur viginti tres ut dicit Pe. he. in illo metro Gramatica viginti etc. et sic littere incipiuntur ab a. et terminantur in x exclusive quia y. ȝ. z. ⁊. 9. ꝫ non sunt littere quia non sunt minimum quod scribi potest etiam sunt divisibiles quod non requiritur ad litteram x ut dixit (340 R/II) appollonius Sed aliquis/ diceret quare tunc ponuntur in abcdario. Ad hoc respondetur quod ut modus breviandi constaret iuvenibus. cum una figura vel d° quandoque scribitur pluribus litteris ut con. ⁊ est. quod quandoque scribitur per unam litteram ut 9 (et) ⁊ ȝ (et) z ideo ut ille modus iuvenibus pateret ideo sunt posite Alia causa ut ipse satisfaceret ipsis quibusdam credentibus huiusmodi figuras esse litteras.